

& similitum. Et ratio est, quia non est aliquod corpus ita imperfectum in universo, quin habeat in virtute sua activa aliquid *ubi* (patet de gravi respectu centri) ergo multo magis habet hoc Angelus respectu corporis. Sed operationum naturalium, quæ consistunt in agere, & pati; cuiusmodi sunt operationes sensuales, in illas non potest, quia illæ non sunt natæ recipi, nisi in composito ex organo, saltem pericæ mixto; & ex anima, inquantum habet potentiam perfectivam; quorum neutrum est ibi, nec scilicet talis mixtio, nec anima perfecti, & ideo simpliciter in tali corpore composito, quod dicitur esse, nulla est sensitio. (a) Operationes etiam, quæ consistunt in vere agendo, cuiusmodi sunt operationes vegetativæ; non competunt illi composito: quia, vel illæ operationes natæ sunt esse compositi animati, quale non est ibi: vel natæ sunt esse corporis perfectæ mixti, puta si caro generaret carnem: neutrum autem est ibi. Quantum autem ad cognitionem, quam videtur habere de particularibus factis, audiendo, vel videndo, nihil aliud est, quam intellectio: & illam intellectiorem suam potest exprimitur formando verba, & movendo linguam localiter. Quantum etiam ad actus vegetativæ, quia apparent; si loquamur de vera nutritione, nihil ibi potest nutriti: sed si loquamur de comestione, quæ præcedit nutritionem, illa non est nisi divisio cibi, per motum localem maxillarum, & tractio ejus in ventrem, per motum localem: & tunc potest fieri exhalatio, & resolutio in humores, vel elementa: & isti motus locales possunt fieri circa corpus, virtute activa Angeli. Sicut autem dictum est de nutritione, ita dicendum est de augmentativa, quia ibi nulla est nutritio, vel augmentatio. Potest tamen esse vera iuxta positio, si ipse velit subito alia elementa, quæ possunt imperite miseri ad talem imperfectam nutritionem, apponere corpori suo, ut videatur crescere. (b) Et si dicas, si comestio non sit operatio vitalis: ergo non valet argumentum ad probandum veram Christi resurrectionem, de comestione ejus cum discipulis suis: quod est contra factos. Respondeo, ad probandum resurrectionem ejus, sunt multa alia argumenta in Evangelio efficaciora isto, & ita cum aliis bene probat, etsi non per se tantum. Vel dico, quod erat consilio ordinata ad veram nutritionem: quia non est inconveniens, quod corpus gloriosum possit convertere corpus non gloriosum in ipsum, sicut esse simul potest cum corpore non glorioso: nec propter hoc est corruptibile, quia potest aliud convertere in se. Postest enim Deus facere corpus gloriosum, in minima quantitate, & illud augere per comestionem: nec tamen aliquid corrupteretur de nato, & aucto: in corporibus autem talibus assumptio non est nutritio, sed tantum additio, vel appositio. Sed quantum ad generationem, dicendum, quod illa sit virtute feminis desit a matre, in feminam, in qua servatur virtus patris: sicut communiter dicitur. Si ipse potest illud semen ab aliquo succumbendo

a De hoc q. d. 15. & d. 44. q. 2.

b Luc. 24. & Jo. 21.

bendo recipere, & servare illud in sua naturali qualitate, conveniens suæ generationi naturali, quousque illud transfundat: ipse nihil facit ibi, nisi quia primo recipit in corpore illo assumpto illud, quod postea movet localiter in aliquam, cui est incubus: & si illud semen, antequam sit receptum in matrice, non amittat suam qualitatem naturalem; potest per ipsum fieri generatio, sicut si immediate transfunderetur a primo decedente, in eandem matricem. Et hoc modo attribuitur, non quidem Angeli bono, (quia absit, quod talibus visibus se immisceat: sed de modo generare, quia idem primo succubus, & postea incubus, semen a decedente primo transfundit recipit: & deinde transfundit illud in matricem.

Ad argumenta. Ad primum dico, quod coelum non dicitur assumi, quia ad nullam speciem assumptionem, vel formam, & maxime in qua Angelus intendat apparere visibiliter nobis; ad se assumit coelum. Similiter, qui movet coelum, perpetuo movet: & ita non temporaliter assumit corpus: Hac enim assumptio appropriata est corpori, quod ad tempus movetur: & movetur propter aliquem effectum visibiliter appariturum hominibus. Ad secundum dico, quod jam apparet per ea, quæ dicta sunt, quod assumit corpus imperfecte mixtum: quod quidem ipse non producit ad esse, virtute propria; sed tantum naturaliter miscibile, unit inter se, & respectu coeli, in tali proportionem, in qua, virtute coeli, & miscibilem, possit talis forma induci. Ad tertium patet, quod nullus actus vegetativæ, vel cognitivæ competit proprie Angeli in corpore, vel entem corpori assumpto, sed tantum actus potentie motivæ: non quidem actus potentie motivæ organice (qualis est potentia motiva animati) quia ejus actus est actus compositi, sicut & actus cognitivæ, sensitivæ, & vegetativæ, sed potentie motivæ superioris: quia Angelus potest corpus movere de loco ad locum, quod non inproportionabiliter excedit ipsius virtutem motivam.

POST PRÆDICTA, &c.

DISTIN. NONA.

Circa Distinctionem nonam, ubi Magister tractat de ordinibus Angelorum, ubi dicit, quod ad Superiores Angelos pertinet inferiores illuminare: Quæro primo,

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum Angelus Superior possit illuminare inferiorem?

Quod non; illuminare, vel est lumen causare, vel lumen causatum intendere, neutrum autem potest aliquis Angelus. Primum non, quia lumen causare in alio non potest nisi per creationem: Angelus autem non potest creare, ut dicit Damasc. lib. 2. cap. 17.

Secundum non, quia ab eodem causatur habitus, & intenditur, se-
cundum Philof. 2. *Elie.* Præterea secundo, omnis mutatio est inter
opposita: ergo omne illud, quod illuminatur, prius fuit tenebro-
sum; In Angelis autem beatis non est aliqua tenebra: ergo, &c.
Præterea tertio, Angelus superior, est lumen superior respectu in-
ferioris, sed in corporibus, majus lumen obfuscat minus lumen, vel
saltem impedit effectum suum, sicut patet: quia de die non viden-
tur stellæ in præsentia Solis: ergo a simili in proposito. Angelus su-
perior impedit inferiorem ab operatione: ergo non perficit eum, ip-
sum illuminando. Contra Damascen. *lib. 2. cap. 17. & 18. & c.*

QUÆSTIO SECUNDA.

Virtus unus Angelus possit intellectualiter loqui alteri?

Quod non, essentia Angeli est sibi intimior, quam sua intellectio,
& tamen non obstante illa intimitate, unus Angelus videt essen-
tiam alterius: ergo & suam intellectiōem, sed frustra ut locutio de hoc,
quod ante locutionem fuit manifestum: ergo, &c. Præterea secun-
do, si Angelus possit loqui, ita possit alicui distanti, sicut præsentem,
quia hoc convenit hominibus, in quibus est imperfectior virtus: sed
consequens est falsum, propter duo. Primo, quia tunc oportet,
quod primo immutaret medium, & postea Angelum: quia omni
actione in extremum, prior est actio in medium; Sed hoc est incon-
veniens, quia nec ab intellectuali gignitur aliquid in medio corporali,
nec ulterius a medio corporali, potest aliquid signi in ipso Angelo. Se-
cundo, quia tunc oportet eum loqui omnibus Angelis æque præsen-
tibus, & prius oportet eum loqui Angelo propinquiori, quam dis-
tanti, in eadem linea recta: quorum utrumque videtur inconve-
nient. Videtur enim quod possit unicuique loqui sine alio. Præte-
rea tertio, Angelus non intelligit nisi per species innatas: sed illas
habet quilibet Angelus, de quocunque sibi intelligibili: ergo quilibet
Angelus, quocunque intelligibile habet sibi præsens, eo modo
quo potest esse præsens: ergo superflua est locutio. Probatio primæ
propositionis multipliciter. Primo, quia si possent intelligere per
speciem acquisitas: ergo haberent intellectum agentem, per quem
potentia intelligibilis, fieret in eis actu intelligibile; sed hoc est fal-
sum, quia cum objectum eorum sit de se actu intelligibile, non opor-
tet, quod fiat de potentia intelligibilis, actu intelligibile. Similiter
non videtur in eis esse intellectus possibilis: ergo nec intellectus agens.
Probatur antecedens, quia intellectus eorum non est aliquando in
actu, aliquando in potentia ad actum primum. Secundo; sicut se
habent ad esse, sic & ad operari: sed Angeli non dependent in esse
corpore, ergo nec in operari: ergo non accipiunt aliquam speciem
a corpore. Confirmatur ratio, propter hoc enim animi intelligen-

do dependet a corpore, quia unitur corpori, & hæc est ratio unio-
nis ejus cum corpore: quia recipit perfectionem suam a corpore.
Tertio, quia ab extremo ad extremum non transitur nisi per medium;
esse autem inimaginabile est medium inter esse sensibile, & esse actu in-
telligibile: ergo cum Angelus non possit habere aliquid in esse inagi-
nabili, quia non habet phantasiam, nec potest aliquid de esse sensibi-
li, ad esse intelligibile transire in actum: quare, &c. Quarto, quia
sicut se habent corpora caelestia ad alia corpora: sic intellectus Ange-
licus ad alios intellectus: sed illa corpora habent perfectionem sibi
concreatam, & non acquirunt eam per motum: ergo a simili, in-
tellectus illi habent perfectiones suas sibi concreatas. Quinto, quia
si possunt habere species acquisitas, ergo obiectum extra ageret ad
gignitionem illius speciei; & oportet ponere, quod intellectus Ange-
licum etiam cogat, alioquin intellectus Angeli esset vilior, quam
intellectus noster; simul igitur ita duo agerent gignitionem speciei
acquisitæ alicujus obiecti, intellectus scilicet, & obiectum; sed hoc
falsum est, quia agentia diversi generis, non possunt producere eun-
dem effectum; talia autem sunt ista: ergo, &c. Probatio majoris,
quia aut requiruntur in quantum diversi generis, aut non. Si sic,
ergo correspondet eis in effectu aliqua diversitas proportionabilis, &
sic effectus non esset simplex, & homogeneus, sed heterogeneus.
Si non, igitur sine tali distinctione, potest esse virtus ita intensa,
quod alterum coagentium sufficeret ad talem actionem producendam.
Hoc probatur, ubi accidit distinctio in duobus momentibus, potest virtus
in uno ita intendi, quod potest supplere vicem utriusque: ergo ob-
jectum corporale potest ita intendi in actione sua, quod ipsum solum
posset gignere illam speciem in intellectu Angeli, hoc esse falsum.
Tum, quia agens est præstantius patente, secundum Augustinum 12.
super Genes. (a) Nullum autem corpus est præstantius spiritui: ergo
nullum corpus agit in spiritum, secundum eum. Hoc videtur verius
posse intelligi de agente virtute propria, quam de agente virtute al-
terius: ergo corpus non agit in intellectum Angelicum, virtute sua,
sed virtute intellectus Angeli: non ergo illa duo erunt duæ causæ
partiales, quarum neutra agat virtute alterius. Præterea, simile
cognoscitur per seum simile, Singulare igitur si gigneret speciem
suam in intellectu Angeli: ergo intellectus assimilatus per illam speci-
em, cognosceret singulare per rationem propriam, quod est ab-
surdum: ergo, &c. Oppositum vult Damascen. ubi prius, quæ-
re eum.

Circa istas questiones, primo videndum est de locutione (b) An-
gelorum, & prætermissis multis opinionibus, una opinio tantum re-
citat, ubi quatuor sunt videnda. Primo videlicet quomodo lo-
quens cognoscit illud, de quo loquitur, quod ponitur esse singula-
re, secundum illam opinionem. Secundo, quomodo illud ab uno

co-

cognitum, posse alium latere. (a) Tertio, quomodo sit ei parens per aliquam rationem, quando loquendo ei exprimit illud. Et quarto de illuminatione. Quantum ad primum, dicitur, quod Angelus cognoscit singulare. Non primo, nec per aliquam rationem propriam, sed per universale concretum suo intellectui. Quod probatur quadrupliciter. Primo, quia unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad cognitionem. (b) secundo Metaphys. forma autem singularis nihil addit super esse universale, nisi negationem: ergo nec in cognitione. Secundo, quia si non cognosceret singulare sub ratione sui universalis, cum non sit alia ratio sibi intrinseca, qua cognoscat: quia nec esset mens Angeli, nec habitus, qua habitus est primo respectu universalis, sequitur quod ipsum singulare presentaretur ipsi intellectui Angeli ad movendum ipsum, tanquam primum, & per se objectum eius, suo ratione singularitatis, quod est falsum: quia quæ sunt per se objecta, & non primo, non movent nisi per estimationem eorum, quæ sunt per se, & primo objecta sicut magnitudo, & figura, non movent visum, nisi simul cum colore. Singulare autem non est primum objectum intellectus, quia nihil est objectum primum intellectus, nisi universale (c).

Tertio sic, omnem virtutem cognitivam oportet in apprehendendo esse determinatam proportionaliter illi, quod debet apprehendere: ergo intellectus intelligens singulare, est determinatus proportionaliter determinationi illius singularis; & tunc, vel ex natura sua est determinatus, vel determinabilis ex specie, quam recipit, ut per speciem illius singularis: & tunc intellectus ille esset magis determinabilis, quam intellectus noster; immo utroque modo sequitur determinatio, vel determinabilis intellectus Angelici, magis quam sensus nostri: quia sensus noster, nec ex natura sua est limitatus, vel determinatus, vel determinabilis ex specie quam recipit. Species enim singularis, non recipitur in sensu primo, sed in organo. Ultra deducitur tunc, quod talis determinatio ad singulare objectum, esset quædam limitatio, & impedimentum ad intellectionem universalem; sicut impedit eam in sensu: & multo magis hic, quam in sensu: quia non recipit speciem singularis. Quarto, quia sicut per apprehensionem universalem ad extra, generatur in intellectu nostro habitus scientialis, sic in intellectu Angeli, si primo cognosceret singularem, possit esse habitus scientiæ acquisitus, præter scientiam universalem suam: quod est contra Aristot. 7. Metaph. ubi vult, quod non est alius habitus scientialis universalium, & singularium.

Quantum ad secundum articulum, modus cognoscendi singulare, ab Angelo loquente ponitur iste. Intellectus Angeli apprehendit formam per rationem universalem, a suo habitu: sed postquam suppositum habet esse in eo, vel in imaginatione, statim apprehendit formam in illo, sub ratione universalis primo, & per se, eam apprehen-

prehensione, quæ eam apprehendit antequam sit participata in illo: & accidit intellectui Angelico, quod eam apprehendat in illo, sicut accidit essentia rei, quod sit in illo, quod est interius. Primo ergo & per se, cognoscit in singulari formam sub ratione universalis scilicet, sub ratione indeterminata, & confusa, & indesignata: sed quia ipsa eadem forma, ut est in ipsa re, determinata est, & designata: intellectus secundario intelligit hanc designationem: & est eadem cognitio universalis, & singularis, addito solo respectu, & negatione: quia intelligitur, ut in hoc designata. Non enim differunt ex parte rei cognita; neque ex parte actus cognoscendi, sed solummodo in modo cognoscendi indesignato, & designato, quorum unum super aliud non apponit, nisi rationem negationis, ut dictum est. Et ex hoc apparet, quomodo intellectus Angelicus, & quasi secundum lineam potentiam intelligit singulare. Primo quidem essentia in habitu moveri, non sub ratione objecti, sed sub ratione alicujus inhaerentis: terminat autem actum cognoscendi sub ratione cogniti, & non alicujus inhaerentis: & ita ab objecto in habitu, non est circumflexio proprie, sed quasi linea protensa a puncto in punctum; deinde ab objecto in generali cognito, procedit intellectus ad universale in supposito, sub ratione universalis; & tandem ab eodem cognito in supposito sub ratione universalis, procedit ad cognoscendum idem, sub ratione singularis; ita quod est quasi linea recta ab objecto in habitu, quasi a primo puncto, ad singulare, quasi ad ultimum punctum, per duo puncta media.

Et ex hoc etiam apparet secundum, quomodo scilicet potest Angelum aliquem latere intellectus hujus Angeli de singulari. Nam secundum istam positionem, eadem apprehensionem antiquam, qua apprehendebat prius quidditatem sibi objectam, in habitu absolute, comprehendit eam modo in quocumque fuerit, sive existens, sive revelata, quia in nullo potest cum latere, sed solum prius conceptum, modo concipit sub novo respectu.

Exemplum, si in omnibus esset unus intellectus numero, a cuiuscunque phantasmate abstraheret universale, postquam sensui haberet abstractum illud. Et in illo, a quo abstraxit illud, intellexerit, si tamen illo intellectu, in alio incipit illud intelligere: non novo intellectu, novum universale perciperet: sed solum antiquum, quod prius perciperat sub antiquo respectu, modo perciperet sub novo respectu, ut in hoc phantasmate. Sic est de intellectu Angelico, quod non innovando aliquid sub conceptu universalis: sed renovando conceptum, multoties concipiendo universale in diversis particulatibus, concipitur hoc singulare, & illud: & quis iste videt singulare, quod prius non vidit, sine omni innovatione conceptus: Ideo licet alius videat in isto formas universales, quæ sunt rationes cognoscendi particularia; per illas tamen non videt particularia, quæ ille videt, sive existentia, sive revelata: aut saltem si existentia posset videre per habitum suum: & per universalis relucens in illis; non tamen revelata; nec etiam posset videre, quod ille videt singularia illa, quæ

a Henric. quæd. 5. q. 15. & quæd. 20. q. 4. b Text. com. 4. c. 1. & 2. & 3. & 6. q.

videt ea sine omni innovatione conceptus. Breviter igitur quantum ad illum articulum, ideo ponitur singulare in illi ab illo, & late, re alium; quia licet intellectio huius, & universale, quod est ratio intelligendi huius, pateat illi: non tamen patet ei conceptus huius, ut est de illo singulari, quia per hoc, quod ille utitur forma universali, ad concipiendum singulare; nihil innovatur in intellectu illius; & si singulare non sit existens, non potest alius videre, etiam ipsum cognitum per habitum suum, nec per habitum alterius. Si autem sit existens, & possit illud videre per habitum suum proprium, non tamen potest videre actus illum propter singulare cognitum, vel non cognitum; & ideo vel est necessaria locutio, propter singulare cognitum, quod laet, sicut quando est singulare revelatum, non existens; vel propter ipsum actum cognoscendum, latentem alium Angelum; & hoc sive de singulari revelato, sive naturaliter cognito.

De tercio dicitur, quod sicut signata singularia a nobis cognita, nos alteri loquendo, exprimere non possumus, nisi exprimendo singularia vaga: cum quibusdamque proprietatibus, & accidentibus designantur; sic nec potest unus Angelus; sub eadem signatione, sub qua ei revelatum est, alteri loquendo manifestare; sed format alteri conceptum novum realiter alium, de singulari vago, quem quidem conceptum, alius intellectus Angelicus videt in intellectu ipsius Angeli, quasi lepens in libro, quo immutatur intellectus Angeli videtis, ad percipiendum illud; non tamen ut est aliquid in se, sed ut est aliquid latens, sicut est in sermone nostro: unde & Angelus format similem conceptum vagum in suo intellectu, de illo particulari, sub ratione universalis; & per hoc ille dicitur audire, quia in Angelo videre, & audire non differunt; & quia ille secundus conceptus non ordinatur, nisi ad videndum conceptum occultum mentis; ideo non dicitur proprie intelligere; sed loqui, licet intelligere in se, sit quoddam loqui.

De quarto articulo dicitur, quod potest quadrupliciter intelligi Angelum superiore illuminare inferiorum, videlicet, lumen infundendo, vel lumen ostendendo, vel oblatum amovendo, vel aliquid faciendo, quo facto, causet lumen in receptivo. Primo modo, Sol illuminat medium. Secundo modo, defertens candelam illuminat domum de nocte. Tertio modo aperiens fenestram de die. Quarto modo, frans oculum qui prius infirmus, non erat capax luminis, & modo est capax dicitur illuminare oculum. Primo modo dicitur, quod solus Deus illuminat: & hoc sive causando lumen naturale, sive imprimendo lumen supernaturale creatum gratiae, vel gloriae, vel increatum: sive dicat rationem videndi, sive obiectum visum; & hoc, vel transitorie, sicut in rapto, vel permanenter, sicut in beatis. Secundo modo, unus Angelus illuminat alium, de vero perfectivo intellectus, loquendo ei modo praedicto. Tertio modo etiam illuminat, sicut probatur per August. super illud (a) Psalm.

Da

Da mihi intellectum. Potest, inquit, Angelus agere aliquid in mentem hominis; ut sit capax Dei, quem modo dum quisque dicitur illuminare domum, qui fenestram aperit. Quarto etiam modo, potest Angelus illuminare; & probatur per August. ibidem. Deus, inquit, Angelum talem facit, ut operari tale aliquid possit, unde ad capiendum lumen Dei, mens inveniretur humana. Et hoc etiam probatur per rationem, quia omnia sunt ordinata, & ad invicem connexa, secundum Philosophum duodecimo *Metaphysic.* & Dionys. de *Divina nomina*. (a) & attenditur iste ordo, non tantum secundum essentias, sed etiam secundum operationes. Ex hoc arguitur Angelus inferior, per naturalem influentiam Angeli superioris in ipsum, reducibilis est in statum suae ultimae perfectionis naturalis. Ultima autem perfectio eius, est opus ultimum, sive in opere ultimo: ultimum autem, & perfectissimum opus Angeli, est intelligere aliquid; ut opus divinum supra communem cursum intelligentium lumine intellectus naturalis; ergo per influentiam superioris Angeli, reducitur inferior, de potentia ad actum: ergo aliquid facit in eo; ut quo, respectu talis cognitionis, illuminetur.

Contra ista, & primo contra primum articulum, (b) sicut in uno quodque, se habet ad esse, sic ad cognitionem. Secundo *Metaphysic.* sed singulare addit aliquam entitatem, supra entitatem universalem, & distinctione tercia huius *secundi*, quae, de *invidiatione*; et ergo universale cognitum, non est ratio perfecta cognoscendi singulare, secundum totam cognoscibilitatem singularis; quod est contra opinantem. Præterea, ubi pluralitas numeralis concludit majorem perfectionem, infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem; sic autem est in rationibus representativis, quia posse representare plura, concludit majorem perfectionem (concludit enim hanc unam rationem, includere perfectionem duarum proprietatum rationum representativarum) posse igitur representare infinita distincta; concludit rationem representantem esse infinite perfectam, vel esse infinite perfectioris.

Præterea, ratio representans uniformiter in se, & in intellectu, non representat disformiter aliquid: (c) immo nec ideo movendo, quia sunt rationes naturaliter representantes, possunt representare intellectui divino aliquam diversitatem in objectis, nisi ipsam naturalem necessario representent, sicut eisdem *luc. dispositio*. 3^o *primi*, de iuribus continentibus; ergo ista ratio una, quae ponitur, vel representabit simul opposita pertinentia ad existentias rerum, & hoc naturaliter; & tunc semper representabit opposita; & ita Angelus intelliget opposita, & ita nihil: vel representabit alterum istorum determinatum, & ita nunquam reliquum. Si igitur quandoque habeat certam, & determinatam cognitionem de uno opposito, quantum ad existentiam nunquam per eandem rationem habeat noticiam determinatam, & certam de alio opposito.

Pre-

a Ps. 118.

a Text. 52. b Text. 4. De hoc sup. 2. q. 2. ¶ 6.
c Sup. d. 3. q. 10. ¶ 2. 8. ¶ 1. d. 2. q. 1.

Præterea, quarto, arguitur specialiter, quod non potest Angelus per istum habitum cognoscere singulare revelatum. Ponitur enim, quod singulare non cognoscatur per universale relucens in habitu, nisi quia ipsum universale participatum est ab ipso singulari: hoc supposito arguo sic: Prius naturaliter, singulare est in revelatione, quam habitus sic ratio cognoscendi illud: ergo prius naturaliter, singulare cognoscitur distincte quam habitus sic ratio cognoscendi illud: ergo habitus non est ratio primæ cognitionis distinctæ, ipsius singularis: & ita propositum. Probatio antecedentis est dictis eorum: quia universale relucens in habitu, non est ratio cognoscendi singulare, nisi per hoc, quod universale est in singulari, vel existente in se, vel in revelatione: prius ergo naturaliter singulare habet esse tale, vel tale, & ita universale in eo, abstrahat ab eo, quam habitus sic ratio cognoscendi illud singulare. Probatio primæ consequentiæ, esse in revelatione, non est nisi esse actus cognitum in eo, cui fit revelatio. Non enim est esse in intellectu revelatum, quia hoc est æternum, & perpetuum: nec est esse in aliqua existentia alia a cognitione illius, cui fit revelatio: quia tunc per hoc, quod esset in tali esse fieret naturaliter cognitum cuilibet alii: sicut ponit ista opin. quod de quolibet existente, potest quilibet per habitum suum habere distinctam notionem.

Præterea, ex ista positione sequitur, quod quodlibet singulare existens, statim esset naturaliter notum cuilibet alteri Angelo; & ista distinctio localis non impediret intellectionem Angeli, quod a multis negatur, & videtur esse contra Augusti lib. de cura pro mortuis agenda.

Præterea, rationes suas, quibus probat non posse singulare intelligi ab Angelo, videntur procedere ex hoc, quod imperfectio est in intellectu cognoscere singulare. Sed hoc est falsum: quia tunc intellectus divinus non intellexeret singulare: ergo rationes illæ non concludunt, nec conclusio est concedenda: nisi rationes necesse inducantur. Probabile enim est, quod sicut sensus communis aliquis, potest sentire omnia sensibile: quod sic intellectus creatus aliquis, potest intelligere omne per se intelligibile; cuiusmodi est singulare.

Contra secundum articulum, arguitur sic: Ipsemet improbat speciem in beatitudine, per hoc, quod unus beatus videret eam naturaliter in intellectu alterius beati; & per consequens videret eam naturaliter objectum illud, quod representat illa species: ita arguitur in proposito. Si habitus est ratio naturaliter cognoscendi singularia, cum unus Angelus videat eam naturaliter in alio, non poterit eum latere objectum, quod per istum habitum cognoscit ille Angelus.

Præterea, quando duo intelligibilia comparantur ad eundem intellectum, non alligatum virtuti phantastica; magis actuale, & perfectius, non excedens facultatem naturalem illius nature, magis est intelligibile ab illo intellectu: sed per eum, conceptus vagus formatus in intellectu Angeli loquentis, est intelligibilis ab Angelo alio, virtute naturali: ergo multo magis ille conceptus determinatus, quem

exprimit ille conceptus vagus: quia ille determinatus est perfectior, & magis intelligibilis, & intellectus cuiuscumque Angeli habet conceptum creatum quælibet pro intelligibili non excedente suam virtutem, nec alligatus est virtuti phantastica, ut patet: ergo, &c.

Præterea tertio, aut est unus actus intelligendi omnium singularium, aut alius, & alius. Si idem, & ille est naturaliter omnium. Iste est enim eorum inquantum intelligendi, præcedens em omnem imperatam intellectionem, & volitionem: ergo non potest ille actus esse unius singularis, quin fit alterius singularis; sicut nec aliqua causa naturalis potest quantum est de se, esse unius effectus, & quam ordinatur naturaliter, & non alterius, & si una actione est omnium effectum in universali, necessario est omnium simul. Si ergo ille actus non potest esse simul omnium, non potest inquantum naturalis, esse unus, & idem omnium: quia tunc inquantum talis posset esse simul omnium. Si est alius, & alius: ergo unus videns istum, & illum actum esse alium, & alium, in intellectu Angeli, potest distincte videre, cuius objecti est iste actus, & cuius ille: & sic non latebit eum, quod singulare considerat ille propter identitatem actus, in isto non variari, esse enim alius, & alius.

Contra tertium articulum, primo sequitur, quod in intellectu Angeli loquentis sunt conceptus duo de eodem, unus vagus signans, & alius signatus determinatus. Tunc enim est determinatus signatus, quando est ratio signandi illum vagum signantem. Præterea, superfluum videtur ponere illum conceptum vagum. Nos enim exprimus singulare determinatum nobis notum: per singulare vagum: quia scimus nos non posse causare conceptum distinctum in intellectu illius, cui loquimur, & scimus eis notas esse conditiones universales particularis vago, sed si possumus facere conceptum distinctum de illo, de quo loqueremur, non exprimeremus singulare determinatum nobis notum, per vagum particulare: ergo cum Angelus possit immediate facere conceptum distinctum singularis sibi distincte noti, in intellectu alterius, ut patet solveado: frustra ponit conceptum vagum indeterminatum.

Contra quartum articulum, primo non videtur quod dispositio illa ad formam mere supernaturalem, possit causalari ab Angelo: quia licet ad formam immediate producibilem a Deo, tamen cooperante communi cursu nature, possit aliqua causa naturalis disporre, sicut de corpore organico, respectu animæ intellectivæ: ad formam tamen omnino supernaturalem, id est, non cooperante communi cursu nature, quod dispositionem immediatam agens naturale, possit producere, videtur inconveniens.

Præterea, ratio adducta ad illum articulum, concluderet, quod Angelus superior posset facere Angelum inferiorem aliquid videns in Verbo revelatum. Hæc enim est perfectio ultima intellectus, in-

telligere Verbum, multo magis, quam intelligere aliquod verum reuelatum, ultra communem cursum iurisdictionis naturalis. Præterea, contra totam illam opinionem sunt duo difficulta. Primo, quomodo loquens; non euilibet loquitur? si enim loqui est præcise exprimere conceptum, qui in ipso videtur, sicut in libro, & hoc exprimitur a quolibet potest videri æqualiter: ergo exprimens illud, euilibet æqualiter loquitur. Aliud est, quo modo iste loquitur illi in quo nihil causat, sed tantum in se? Nulla enim videtur ratio, quare alius nunc magis intelligat; quam prius, si nihil aliud fiat in eo.

Et specialiter videtur absurdum hoc in illuminatione, nam constat primum Angelum illuminari a Deo immediate, & Dens illuminans nihil facit in se: sed primum, quod facit est in intellectu, vel in Angelo illuminato: ergo ita verum est in aliis illuminantibus inferiores, quod illuminans non causat aliquid in se, per hoc quod est illuminans, sed primum causatum est in illuminato.

Ad questionem istam de locutione: primo respondeo, quod Angelus loquitur Angelo, causando in eo conceptum immediate illius objecti, de quo loquitur: ad quod pono duas rationes. Prima est talis: Omnis loquens intellectualiter, causare immediate in eo, qui loquitur, de eo, de quo loquitur, conceptum, si potest: Angelus autem hoc potest respectu alterius Angeli: ergo, &c. Probatio maioris: quia quodlibet agens naturale statim induceret, si potest, illud quod principaliter intendit: & loquens principaliter intendit exprimere conceptum illi intellectui, cui loquitur. Probatio minoris, illud quod sufficienter est in actu primo, respectu alicuius effectus, potest illum causare in receptivo proportionato: Angelus autem habens notitiam ad bituale alicuius objecti, quod sit. A. est sufficienter in actu primo, ad causandum intellectionem actalem illius. A: ergo potest illum effectum causare, quocumque intellectu receptivo illius effectus: intellectus autem alterius Angeli non concipiens A. distincte, receptus est: ergo in illo intellectu, potest Angelus talis causare talem conceptum. Probatio maioris, quia prima extrema proportionis actiui, & passivi, sunt universalissima abstracta, a quocumque activo, & a quocumque passivo: & ita proportio inest particularibus sub utroque extremo, per rationem communem, & per consequens extremis. Probatio minoris; Angelus in se habet actum primam cognoscendi A. & speciem, & quæcumque ponuntur necessaria ad cognitionem, & per consequens per illud, quod habet potest facere intellectionem suam in actu secundo, causando in se intellectionem A. sicut effectum. Sequitur igitur, quod in intellectu alterius passivo, qui est ejusdem rationis cum intellectu suo: potest hoc causare.

Insuper contra rationem, quæ non videtur concludere, nisi de Angelo, & Angelo, absolute sumptis; quia si distent ab invicem, distantia erit impedimentum, propter quod non potest unus agere in alium. Non enim potest distans agere in distans, nisi prius agat in medium. Medium autem non est locutionis Angeli receptivum, nec auditivum Angeli loquentis: ergo, &c. Confirmatur illud per Aristot.
de

de Anima. Ubi vult (a), quod si esset vacuum, nihil videretur: quia species visibiles non posset pertinere ad oculum. Item vult. 7. *Physicor.* quod *moventi*, & *motum sui simul* (b); & hoc loquendo de motu immediato, quod oportet prius moveri a movente, quam moveretur motum medium.

Ad ista excludenda (c): primo ostendo, quod Angelus etiam distans, potest causare conceptum in Angelo distante. Nam si non esset prioritas nature actionis in medium, ad actionem in termino: actio in terminum non dependeret ab actione in medium. Patet ex ratione (d) prioritatis naturalis; quia causa sufficientes duorum, quorum neutrum est prius naturaliter alio, potest utrumque sine altero causare: sed in proposito non est talis prioritas: ergo potest Angelus agere in terminum distantem, nihil agendo in medio. Probatio minoris, actio in medium non precedit naturaliter actionem in terminum, nisi duplici de causa: aut quia est ejusdem rationis medium, & terminus, & tunc prius naturaliter recipitur in medio (sicut passum propinquius naturaliter prius patitur, quam passum remotius) aut si est alterius rationis, agens habet duas formas activas, quarum una est prior naturaliter reliqua, & secundum illam formam, quæ est prior activa, natura est agere in medium, & secundum aliam in terminum. Exemplum primi est, ut quando Sol illuminat partes mediis. Exemplum secundi, ut quando Sol generat mineram in visceribus terre, vel vermem in terra, & illuminat medium interpositum: ergo exclusa utraque harum causarum, scilicet quod nec medium sit receptivum ejusdem actionis cum termino, nec agens habet aliam formam activam realiter, vel virtualiter, per quam sit natura agere in medium, actione alterius rationis ab actione in terminum: nullo modo precedit actio in medium; actionem naturalem in terminum: & ita est in proposito. Medium enim corporale, quod est inter Angelos distantes, neque est natura recipere actionem ejusdem rationis, cura Angelo distante audiente, nec aliam alterius rationis, priorem illam: quia Angelus loquens, nec habet formam virtualiter, nec formaliter activam actionis prioris ad illam, quæ est locutio.

Confirmatur illud ultimum tripliciter. Primo, ponendo unum impossibile, scilicet quod Deus non esset ubique secundum essentiam: esset tamen omnipotens, secundum superius dicta, *distinct. 3. 9. primi libri*, & tunc posset immediate aliquid causare alicubi, ubi tamen non esset præsens per essentiam, nec tamen ageret in medium, actione ejusdem rationis, nec alterius: quia causatum est immediate ab eo.

Secundo, si non admitatur ista positio impossibilis, remota impossibili positione, satis labebitur propositum: quia Sol immediate causat vermem, vel aliam substantiam generabilem, & corruptibilem, & tamen actione illius rationis, scilicet generationis, non agit in medium: nec actione alterius rationis, nisi quia Sol habet aliam formam

T 2

a Tex. 7. b Tex. 8. 9. & inf. c Scot. 7. Phys. q. 3.
d S. o. sup. dist. 2. qu. 22.

activam, scilicet qualitatem, per quam natus est agere prout aliquo modo, quam per suam formam substantialem, scilicet alterius procedit generationem.

Præterea tertio (a), si hoc non concedatur: patet, quod omne corpus generans generat corpus naturale, non tantum suspensibilem: & tamen non est immediate præsens, nisi secundum superficiem. & in superficie ipsius geniti agit; ergo generans ubi non est, nec per essentiam, nec per contactum Mathematicum præsens agit: est tamen ibi per contactum virtuale, & hoc sufficit ad agendum, sicut si esset præsens per essentiam, vel Mathematico. Et quod agat prius in medium inter ipsum, & illud, cui est hic præsens, non requiritur absolute ad hoc, quod agat in illud: sed hoc est, quia medium est capax actionis ejusdem rationis cum termino.

Post hæc tria (b), aptus exemplum ad propositum est de actu cognoscendi: quia cognitio intuitiva visus non est ejusdem rationis in medio, cum illa, quæ est in organo, & sic actio alterius rationis fiat in medio, quam in organo, visus tamen accidit visioni, in quantum est effectus visibilis, per hoc, quod visibile est naturæ generis & speciem, & visionem, sicut duos effectus ordinatos. Hic igitur receptivum terminum recipit aliquid, cui nihil ejusdem rationis recipitur in medio, sed receptum alterius rationis recipitur in medio: & hoc accidit, quia receptum in medio, non est causa recepti in termino: sed est sicut effectus prior illi, comparando illa ad eandem causam.

Per hoc patet ad instantiam de secundo de Anima, quod non videtur aliquid nisi esse medium. Non quod de per se ratione coloris visibilis, sit aliquid causatur in medio, ad hoc quod videtur, sed quia species visibilis, & visio, sunt effectus ordinati ejusdem objecti, ut coloris: ita quod species prius nata est signi, quam visio: sicut actus primus, quam actus secundus: & prius est species in medio, vel organo propinquiori, quam in medio, vel organo distantiori: sicut & universaliter forma ejusdem rationis prius causatur in propinquiori, quam in remotiori.

Et per idem patet ad illud 7. Phys. Agens enim est immediatum passo proximo, & hoc immediate correspondente tactui Mathematico, quod medium est receptivum actionis ejusdem rationis, vel alterius rationis, respectu cuius agens habet formam, vel immediate correspondente tactui virtuali, quia ita est agens præsens distant Mathematice, ad effectum causandum in eo, sicut si esset præsens sibi secundum essentiam suam, & hoc modo esse præsens per potentiam suam, est sic, non quod potentia sua sit ibi, sed quod potentia sua possit causare ibi effectum, ac si esset ibi: licet nec ipsum, nec potentia sua sit ibi. Sed contra hoc obijciunt, quia tunc distantia localis non impedit locutionem Angeli. Si enim Angelus distans immediate causaret illuminationem in alio distante, nihil causando in medio, illud medium erit in actione sua sibi tanquam esset indistans, perinde enim est quantum ad actionem ejus,

ac

ac si essent immediati: ergo ita est, quod localis distantia non impedit locutionem. Respondendum quare. Respondedo, inter agens, & patiens potest esse medium Mathematicum, scilicet: quare.

Potest responderi (a), sicut respondet Doctor in Reportatis, quod nimia distantia impedit Angeli locutionem: ideo debet esse moderata distantia: sed quanta determinate? Dico quod Deus novit.

Secundo principaliter ad solutionem arguendo sic, Angelus interior cognoscit se intrinsece per essentiam, ut patet supra distinct. 3. (b) ergo & superior cognoscit illum interiorem per essentiam suam intrinsece. Probatio consequente, quia omne objectum cognoscibile ab interiori, potest esse cognoscibile a superiori, æque perfecte, vel perfectius: nulla autem cognitio abstractiva alicujus objecti perfectior est cognitione intuitiva, quia cognitio abstractiva per speciem, potest esse de re non existente in se presentialiter, & ita non perfectissima cognoscitur, nec attingitur: non autem oportet Angelos esse immediatos sibi localiter, ad hoc ut superior intelligat interiorem intuitivè: ergo dato, quod distent localiter, superior intuitivè cognoscit interiorem, sed illa cognitio non est per aliquam speciem, vel habitum, qui possit esse re non existente.

Ergo agit in Angelo intuente (c) illam cognitionem intuitivam, & tamen illa existentia cognita nihil ejusdem rationis, vel alterius rationis signat in medio, quia medium nec est capax intellectus, nec speciei mere intelligibilis.

Ergo a simili in illo Angelo ponitur aliquid actu intelligibile, naturæ generis aliquam cognitionem, licet intuitivam, in quodlibet intellectum passivum, & receptivum, potest illud actu intelligibile generare suam naturam, sed intellectus Angeli distans, est receptivus talis notitiæ: ergo illud intelligibile actu in intellectu Angeli existens, potest causare in intellectu Angeli distantem naturam actualem sui.

Ad ulteriorem autem declarationem propositi, restant duo intelligenda. Primo quid signatur in intellectu audientis ab Angelo loquentis. Secundo, qualiter Angelus potest loqui ual, & non alteri: si sint æque præsentis. De primo dico, quod potest causare actum tantum, ita quod non speciem: & potest causare simul actum, & speciem: & potest causare tantum speciem. Probatio primi. Locutio potest esse de aliquo, habitualiter noto audienti, quia sicut nos possumus perfecte loqui de eo, quod perfecte sciremus, communicando conceptus nostros alii, licet sciremus illos eisdem alias scire: ita possibile videtur ibi locutionem esse de habitu, licet noto utrique: sed tunc non generatur species ab Angelo, alia ab illa, quæ habetur, quia tunc esset duas in eodem, respectu ejusdem objecti: nec etiam præhabita illa intenditur, quia ponatur, quod prælabatur perfectissime. Similiter, locutiones, ut plurimum sunt de complexis, pertinentibus ad actualem existentiam rerum: tales autem complexiones non sunt evidentes extrinsecis: licet ergo aliquis habeat species extrinsecam, non propter

T 3

hoc

nem ipsius objecti, posset loqui locutio Gabrielis de eodem; tamen tunc non causat cognitionem alterius non prius noti, nec tunc est locutio ita necessaria, sicut quando præcedit utramque visionem illam. Quando enim Gabriel novit aliquid in genere proprio, vel revelatum, quod non novit Michael in particulari; potest ille in intellectu ipsius causare conceptum, qui proprie dicitur auditio, quo causato, potest Michael convertere se ad intellectum Gabrielis videndum, & in eo videbitur illa intellectio, quam Gabriel habet; & etiam in ista intellectione, videbitur aliquo modo objectum ipsius intellectiōnis; & si illud objectum non possit ulterius videri, nec in se, nec in Verbo; ultima perfectio, quam potest Michael de hoc cognito habere, est videre illud in intellectu Gabrielis. Sic igitur in quantum auditio ordinatur ad cognitionem habendam alio cuius locogitū, ipsa præcedit omnem visionem tam rei in se, quam rei in intellectu alterius videntis, quam etiam rei per speciem habitualem: qua triplex visio dicta est distingui ab auditione. Dicitur etiam auditio differre ab omni visione, quantum ad certitudinem, quæ differentia forte potest concludi ex ratione certitudinum ordinatorum, quarum posterior est perfectior, &c.

De secundo principali, scilicet quomodo potest loqui uni, & non alteri. Dico, quod sicut in potestate Angeli est quantum ad primam intellectiōnem, uti hac specie in memoria, vel illa ad illam intellectiōnem aequalē illius, vel illius: ita si habere plures intellectiōnes, esset in potestate eius, si quod notitia gigneretur in illa intellectiōne, vel in illa: non enim magis determinatur passivum naturale ad patiendum, quam activum naturale ad agendum. Sicut ergo illud activum, quod de se subest voluntati, potest ex se agere, & non agere propter eius imperium: ita potest illud activum determinari ad agendum in hoc passivum, & non in illud, & sicut fieret determinatio ad intellectiōnes intrinsecas ipsi Angelo, si essent plures, sic potest fieri determinatio ad intellectum hunc, vel illum extrinsecum: qui quoad hoc, sunt passiva eiusdem rationis cum illo passivo intrinseco, in quod ageret activum intrinsecum per imperium voluntatis. Ex hoc sequitur corollarium, quod tot sunt locutiones, quot audientes, quia quantumcumque sunt presentes, vel unus propinquior, alius remotior, sicut memoria non gignere in intelligentia Michaelis, nisi ex imperio voluntatis sine: ita non gignit in intellectu unius, & non alterius, nisi ex determinatione ipsius loquentis. (A) Sed tunc est dubium, quot potest simul loqui, quia agens naturale non potest quotcumque effectus adequatos simul habere, & ita una gignitio non sufficit, ad hoc ut plures audiant, quia una gignitio est unus intellectiōnis in uno, quam ille solus audit. Responsum quare.

Potest dici, sicut haberi potest ex Reportatis, quod non potest loqui infinitis, quia agens finitum, & limitatum non potest habere

all.

actionem, vel actiones infinitas: si autem loqueretur infinitis, cum cuilibet correspondeat propria intellectio, causari infinitas intellectiōnes. Si autem quæras: quot ipsius Angelus potest loqui? Dico, quod hoc solus Deus scire novit. Possit ex dictis probabiliter suspicari, quod tantum uni potest loqui. Sed referri an de eodem, an de diversis loquatur, distans etiam, & imperium volum, tati, & an superiori, an inferiori loquatur viderentur. (A)

Ad aliam quæstionem de illuminatione, dico, quod illuminatio in Angelo, est quædam locutio de vero, perfecta in esse secundo. Sicut enim non omnis intellectio est simpliciter perfectio Angelici intellectus, sed visio Verbi, & non visio quidditativa, sive per species habituales, sive intuitive; sic nec omnis cognitio singularium, alia a visione Verbi, & a cognitione quidditativa, æque perfecta intellectu Angelicum, quasi secundario, sed visio veri revelate perhit in esse secundo; non autem sic cognitio singularis in generi perhit in esse secundo, quod Angelus superior, cui secundum communem cursum revelatur primo aliquid particularis, causat in inferiori conceptum quantum de illo revelat, qui dicitur auditio, & hoc causare, quod est quoddam speciale loqui, est illuminare. Probabile etiam videtur, quod Angelus illuminans, aliquid est in illuminato, & non in se, quia ipse Deus illuminans primum Angelum, nihil causat in se ipso, sed in Angelo illuminato. Sed est dubium, utrum superior illuminans, possit facere inferiorem aliquid videre in Verbo. Et an inferior possit illuminare superiorem. Videtur enim, quod sic, si sibi sit prius revelatum. Ad primum, videtur, quod sicut cognitio Verbi est mere supernaturalis, ita quod non subest causalitati alieius cause; sic nec etiam visio alieius in Verbo; tamen superior, modo predicto, illuminando inferiorem, potest dispositive agere ut videat aliquid in Verbo: Nam illa auditio disponit, ut audient converterent ad intellectum loquentis, & ibi videat illud, de quo loquitur loquens, & ista visio est aliquo modo perfectior illa auditione, & ulterius disponit ad hoc, ut Angelus videas prius in Angelo, videat idem in Verbo, quia si desinet illud, quod ibi videt: sicut in speculo imperfecto videre, in speculo perfecto videbit gaudens, & tunc perfecte illuminatur: perfectius quidem a Verbo, dispositive autem ab Angelo superiore. Ad secundum dubium dico, quod Deus de potentia sua absoluta, posset aliquid revelare Angelo inferiori, quod non esset revelatum, vel notum superiori: & tunc ille inferior posset loqui aliquo modo superiori de hoc, quod superior ignoraret, & illa locutio esset aliquo modo illuminatio: tamen non potest habere tantam efficaciam super intellectum superioris, sicut super intellectum inferioris, & ideo non posset ille necessario facere superiorem audire, sicut e converso: quia si superior consideret aliquid in genere proprio, ille inferior non faceret ipsum audire simpliciter. Simpliciter autem superior potest facere inferiorem audire, & potest impedire intellectiōnem eius de aliquo intelligibili. De isto tamen verisimile est, quod Deus ordina-

nate

vate distribuat suas illuminationes, sicut distribuit Angelos in ordinibus suis. Primum quidem superioribus, deinde interioribus.

Ad argumenta primæ quæstionis. (a) Ad primum dico, quod Angelus potest causare illam auditionem: id est, visionem periectionem in esse secundo. Et cum dicitur, igitur creabit, non sequitur: sicut patet in quæst. de rationibus animalibus. Creatio enim est actio non concurrente alia causa alicujus generis, nisi tantum primo efficiente, & primo fine, & talis nulla est actio creature. Ad secundum dico, quod visio in Verbo est perfectissima illuminatio, & ideo intellectus habens illam, dicitur perfecte luminosus, vel illuminatus, quantumcumque non habeat illam cognitionem, quæ respectu istius dicitur se habere ad lumen, sicut tenebra: & ideo nec carentia cujuslibet alterius intellectiois, in habente illam, dicitur facere intellectum tenebrosum. Potest tamen concedi, quod sicut in potentia sunt ad aliquid, quod est lumen; ita sunt in potentia ad aliquid, quod est tenebrosum. Ad tertium, quod accipitur de lumine corporali, quantum ad aliquid, falsum est. Non enim Sol impedit alias stellas multiplicare radios suos ad superficiem terre. Quod patet, quia existit in profundo puteo, in meridie videtur stellas. Non enim ad oculos ejus pertingerent radii, nisi prius attingerent ad superficiem medi illuminati: ipse tamen Sol luminaria minorâ impedit ab aliqua actione: scilicet ab illa, quam haberent in visum, quia non possunt videri in præsentia Solis. Et ratio est, quia excellentes visibile prius agit in visum excellenter; ita quod actu ipsum secundum totam ejus capacitatem: & forte aliquo modo immutat cum dolore secundum Alacem primo perspective, sed ad hoc non est simile de lumine intelligibili, respectu intellectus; sicut patet per Aristot. 2. de Anima. 1. 7. Nam post excellentia intelligibilia, non minus intelligimus aia, sed magis; sed post excellentia sensibilia, minus sentimus alia sensibilia, quia potentia, vel organum debilitatur.

Ad argumenta secundæ quæstionis. Ad primum, licet, aliqui dicant, quod Angelus potest intelligentiam suam per actum voluntatis suæ occultare, & non occultare; & istud non occultare, est loqui; tamen non videtur, quare aliquid actu intelligibile esset præter intellectui passivo, & non posset ipsum immutare: nec videtur maior ratio, quare per voluntatem suam possit occultare magis intelligentiam suam, quam essentiam; quare etiam alius Angelus, cui vult occultare intelligentiam suam, non potest videre illam voluntationem, si ponatur illa occultari; ergo per aliam voluntationem, & sic in infinitum. Et ideo si concedatur, quod cognitio hujus Angeli est præsens alii, sicut essentia sua: tamen locutio potest esse, quæ exprimitur ista cognitio, vel cogitatio; non propter hoc, quod sine tali expressione non possit videri; sed quia sine expressione, non cognosceretur cognitio illa, quæ est auditio; & etiam frequenter sine auditione prævia, non esset visio hujus cognitionis.

Et

a Infr. d. 18. vide supr. d. 1. q. 2. & 4. d. 1. q. 1.

Et si dicat, Quod tunc saltem potest frustra loqui, ex quo posset illud esse manifestum, de quo vult loqui sine locutione. Dico, quod licet Angelus prius videret intelligentiam alterius Angeli, quam haberet auditionem ab eo, non tamen frustra esset auditio: quia esset per se perfectio communicata Angulo, ab alio Angulo liberaliter, & ad hoc potissime est locutio in intelligentibus, ut liberaliter, & libere communicent sibi invicem conceptus suos. Si autem cogitatio hujus videretur in hoc, iste liberaliter non communicat suum conceptum alteri. Se enim habeat iste in ista visione, sicut non intelligens, & non volens; quia ista cogitatio est naturaliter visibilis. Naturaliter autem actuum, & motivum ad sui visum, simili modo ageret, si non esset in intelligente, & volente. Similiter etiam auditio quando præcedit, excitat ad intelligentiam visionis Angeli loquentis: ita quod licet illa visio posset esse sine excitatione, non tamen est sine. Confirmatur istud, scilicet, quod non ponatur frustra ista locutio; quia Angeli conceduntur loqui Deo, & tamen non possunt aliquid sibi facere manifestum, quam prius, nec etiam aliud, vel alio modo manifestum, quam prius, & tamen hæc possunt esse in Angulo, sed tantum ex liberalitate, velle hoc esse patens Deo appetunt omnino quantum possunt; ita quod si possent causare in eo conceptum illum, causarent: & hoc est loqui Deo; magis ergo necessaria est hæc locutio.

Ad secundum argumentum, (a) patet ex dictis, quomodo potest unus Angelus alii distanti Angulo loqui, nihil agendo in medium; & quomodo uni, & non alteri, sive propinquo, sive magis distanti. Ad tertium dico, quod est verum sit, Deum communicasse Angulo species omnium quidditatum, tamen si non essent illæ species communicata, sive concreta, non esset inconveniens Angelum acquirere illas; quia illas, quod est magis, quod est inferiori intellectui, non est negandum ab intellectu superiori, & perfectiori. Perfectionis autem in intellectu nostro est, quod habeat aliquid quo active possit acquirere species omnium quidditatum, ita quod licet posse recipere tales species sit imperfectiois, tamen active posse eas acquirere perfectionis est, supplementis imperfectiois; quales sunt eorum tamen perfectiones creaturarum.

Similiter etiam, dato quod Deus communicaverit species quidditatum; non oportet tamen dicere, quod communicaverit species omnium singularium intelligentiam ab Angulo. (b) Non enim est verisimile, quod possibile esset aliquid singulare fieri, cuius non posset Angelus habere distinctam noticiam, & tamen si mundus duraret in infinitum, sicut est possibile durare, essent infinita singularia, quorum quodlibet posset Angelus distincte cognoscere, & tamen non haberet simul infinitas species concretas: ergo posset speciem alicujus de novo acquirere. Dato etiam, quod tam species sin-

gula.

a In soc. 2. q. 4. no. 16. sup. d. 3. q. 10. & 11.

b Sup. 2. q. 11. no. 14.

gularium, quam quiddam communicaverit Deus intellectui Angeli, adhuc tamen per illos non potest habere omnem cognitionem sibi possibilem, quia non intuitivam. Illa enim non potest haberi per speciem objecti, quae manere potest, objecto abiente. (a) Hoc autem est contra rationem cognitionis intuitivae, quod sit de re non actualiter existente, & praesentialiter. Negetur ergo propositio illa assumpta, quod nihil potest Angelus cognoscere nisi per speciem in-
vatum. Et dato quarto, quod esset vera, adhuc posset esse locutio de complexis: quorum incomplexorum habet species innatas, quia istae species non essent sufficientes causa cognoscendi complexionem unionis contingentis, de ipsis extremis: quia talis contingens non cognoscitur esse vera ex terminis. Ad probationes illas, quae adducuntur, quod non possint habere species acquisitas: Respondeo ad primam, quod habet intellectum agentem, & possibilem, & cum hoc improbatur de intellectu agente. Dico, quod obiectum suum primum, id est, adaequatum, non est essentia sua; sed totum ens comprehendens sub se species intelligibiles, & sensibiles. (b) Licet autem essentia sua sit actu intelligibilis, non tamen singulariter sensibile, loquendo de intelligibili intellectione abstractiva tali, quali cognoscitur universale.

Cum etiam improbatur de intellectu possibili, quod non est in potentia ad actum primum; Dico, quod si superficies esset creata sub albedine, non minus esset de se receptiva albedinis: quia potentia receptiva non oportet, quod praecedat duratione actum, ad quem est; sed tantum natura: ita intellectus Angeli, licet creatus esset sub omnibus speciebus intelligibilibus; esset tamen voce possibilis, & vere in potentia ad actum primum: licet illum nunquam duratione praecederet, nec in nobis etiam negaretur possibilis, si creatus fuisset sub speciebus intelligibilibus, quia similitas durationis non aufert rationem passivi. Eodem etiam modo, ex alia parte, dato quod Angelus non indigeret abstrahere aliquas species, sed haberet omnes tales concretas, non minus haberet potentiam abstrahendi: quia potentia activa, quae est perfectio in natura inferiori, non debet negari in natura superiori, licet causa superior praeveniat actionem inferioris illius potentiae active: sicut non negaretur in nobis intellectum agens, dato quod agens noster non potest habere actum aliquem abstrahendi non ratione sui, sed quia praeveniretur ab aliquo agente superiori producente effectum, qui posset per eum produci. Ad secundam, si arguitur uniformiter, concedo totum. Angelus enim est sine corpore, quod sit pars ejus, vel organum ejus in operando, & ita conclusio, quod non dependat a corpore, vel ut a parte, vel organo ejus, mediante quo operetur, sed non sequitur, quod non dependat a corpore, ut objecto. Omnis enim intellectus passivus, qui non potest in se habere totam perfectionem objecti, dependet ab objecto, circa quod operatur, & proportionabiliter, secundum

a Superius quod ult. ar. 12.

b Vide clar. 14 q. quod ult.

quam proportionem objecti. Et cum dicitur de unione anime ad corpus: dico, quod non tantum utitur ut operetur circa corpus, ut obiectum, sed mitur, ut totum compositum sit, cuius ipsa est pars: ita quod totum operans habet corpus (a) non tantum pro objecto: sed pro parte operantis; non sic autem Angelus. Ad tertiam dico, quod concluderet, quod Deus non posset intelligere singulariter: quia non posset habere obiectum in illo esse medio, scilicet imaginabili: ideo dico, quod medium agenti interiori, alii agenti perfectiori non est medium: sicut aliam est in qu. de motu Angeli (b) licet sit possibilis successio in medio, non tamen actualis successio, nisi comparando ad virtutem limitatam, cui illud medium est, quod est ex se medium inter extrema, nec potest facere similitudinem, sub medio, & termino: nec statim sub termino, quasi non esset medium, scus autem de virtute infinita. Similiter si oporteret calorem imperfectum procedere per multos gradus, usque ad gradum A. omnes illi gradus caloris perfectio non essent gradus medii: quia statim inciperet ab ipso A. Ita dico, quod intellectus agens perfectior, potest statim ab objecto sensibili cavere speciem intelligibilem, in qua res habeat esse, ut actu intelligibile, Virtus autem imperfectior potest requirere esse imaginabile, sicut dispositionem mediam ad esse intelligibile.

Aliiter posset responderi dicendo, quod esse imaginabile non est medium in proposito, sed extremum, quia duo extrema sunt hic intelligibile in actu, & non intelligibile in actu, & licet hoc extremum, quod est non intelligibile in actu, posset habere multa extrema; puta esse sensibile, esse imaginabile, &c. accidit tamen in quo istorum sit illud extremum; quia omnia ista habent illud extremum, & ab illo extremo, ut in uno istorum, potest aliqua virtus immediate agere ad aliud extremum: aliqua autem non. Ad quartam dico, quod illa congruentia, de corporibus caelestibus non concludit. Nam si qualitates illae non essent concretatae corpori caelesti, cum nihil sit datum ei, unde posset illas qualitates acquirere, semper esset non perfectum, comparando ad se, & ad omnem causam, quia nulla causa naturalis potest illas qualitates producere in corpore illo. Universaliter autem omnem perfectionem, quam non potest natura supplere, supplet Deus immediate. Non sic autem est in proposito, quia Angelus habet, unde cum aliis causis naturalibus cooperantibus possit talem perfectionem acquirere, scilicet omnium rerum cognitionem: dato quod sibi non essent concretatae, species & posset enim cuiuscunque objecti, ex naturali virtute intellectus, & objecti, habere intellectiorem. Nam actione intellectus, & objecti ut causarum partialium, potest habere speciem quiddam, cuiuscunque objecti: & postea uti illa specie ad intellectiorem abstractivam.

Et cum postea accipitur, quod tunc obiectum ageret ad intellectiorem Angelis; concedo quod verum est, cum intellectu Angeli. (c) Et

cuam

a De hoc A. d. 44. q. 2. & 1. d. 3. q. 6.

b d. 2. q. ult.

c probat Obiectum agit partialiter 1. d. 3. q. 7. 3. Met. 8. 11

eam accipitur, quod duo diversa genere, non possunt esse causa unius effectus. Dico, quod hoc est universaliter falsum: Nam essentialis ordo causarum non est individuum ejusdem speciei. Patet per Avic. 6. *Metaph.* Individua enim ejusdem speciei non sunt ad invicem ordinata, neque ordo essentialis causarum est diversorum speciei. Talia enim sunt contraria, vel media, que non ordinantur essentialiter ad causandum idem: ergo omnes cause efficientes diverse, essentialiter ordinatae, sunt diverſa genere. Et cum probatur ulterius, quia aut requiruntur in quantum eadem genere, &c. Dico, quod utrumque membrum potest dari, propter argumentum, (a) quod sit contra ipsum. Si enim dicitur, quod requirantur, in quantum sunt altera genere, non sequitur, quia effectus sit homogeneus, & simplex effectus. Effectus enim simpliciter potest causari a causis essentialiter ordinatis, que differunt genere. Patet hoc de calore, qui generatur a corpore caelesti, & igne, vel a substantia & qualitate, quorum prima duo, differunt genere Physico; alia autem duo, genere pradicamentali, & tamen effectus est simplex, non compositus ex rebus diversis genere. Sic hoc est universaliter falsum quod effectus ordinati ab aliqua causa, requirant duas naturas in effectu, quatum una sit causata a superiori, & alia ab inferiori. Tunc enim non essent effectus ordinati, respectu unius, nec alterius. Nam hoc esset immediate causatum ab una causa, & hoc immediate ab alia. Si autem detur aliud membrum, quod non requirantur in quantum altera genere, non sequitur, quod tunc tantum potest unum intendi, quod fulveret ad agendum. Aliqua enim perfectio causalitatis requiritur in duobus, licet non oporteat esse diversa genere, que perfectio non potest esse in altero eorum, quantumcumque intentio; ita nec effectus eorum.

Sed cum curando de consequentis, que non valent ad veritatem: dico, quod non requiruntur per se, in quantum diversa genere, diversitate absoluta. Bene enim requiruntur due causalitates ad intellectionem, quatum una causalitas sit ex parte intellectus, & alia ex parte objecti: sed quandoque iste due causalitates possunt concurrere in una natura: sicut quando intellectus intelligit se. Nam altera causalitas, est communis toti enti: illa scilicet, que est ex parte objecti: reliqua autem est determinata ad determinatam naturam, scilicet intellectualem; & sic in natura intellectuali concurret ista causalitas communis cum illa speciali: non ergo requiruntur per se ad causandum in quantum diferentes genere, diversitate absoluta, & concedo non propter argumentum in se, quia secundum veritatem, in eodem potest concurrere utraque causalitas. Nam ubi est illa entitas, quam consequitur causalitas objecti; & illa entitas, quam consequitur causalitas intellectus, idem potest esse totalis causa secundum utramque causalitatem, respectu intellectionis.

Sed adhuc objicitur, quia licet diversa genere possint causare idem, non tamen sic diversa genere, ut intelligibile, & sensibile: aut falsum

non

non possunt ita causare, quin unum agat in virtute alterius, & ita vel objectum ageret in virtute intellectus: vel e converso: & non eorum due cause agerent ad effectum ex quo.

Respondeo. Dico, quod si arguatur ex ratione diversitatis genere, & applicetur ad intelligibile, & sensibile; quasi magis hoc concludat in illis, quam in aliis; receditur a medio, unde arguitur; quia hic non est maior diversitas generis, quam in aliis. Magis enim sunt diversa substantia, & accidens, que sunt diversa genere generalissima, quam substantia sensibilis, & intelligibilis, que sunt ejusdem generis generalissimi. Possunt enim substantia, & accidens esse cause agentes, respectu ejusdem effectus etiam simpliciter, ut caloris: & in proposito etiam dico, quod ad actionem illam, que consequitur omne ens, necesse est sensibile operari, sicut & intelligibile. Sensibile enim est quoddam ens. Talis autem actio est immutare intellectum, & ideo accidit sensibili illa differentia generis, quam habet ad intelligibile, in quantum sensibili convenit immutare intellectum: quia illud non comperit sibi precise, in quantum non est intelligibile; sed competet sibi si esset intelligibile; nec potest aliquid ita differre genere ab intelligibili, quasi sit in genere disparato; quia quodcumque ens quantumcumque sensibile, est tamen intelligibile. Quidquid enim potest virtus interior per se, & non primo: hoc potest virtus superior per se, & primo. Quando ergo dicitur, quod ista diversa genere, sicut sunt intelligibile, & sensibile, non possunt causare idem, nec concurrere ad eandem actionem, falsum est de illa actione, in qua sensibile est quoddam intelligibile.

Et cum addis, quod unum agit in virtute alterius. Dico, quod A. agere in virtute B. potest intelligi dupliciter; vel quod A. recipiat ab ipso B. formam, qua agit; vel, quod habita formam, recipiat ab ipso ipsam actionem, vel motum ad actionem. Secundo modo causa efficiens non agit in virtute alterius. Nam ignis habens formam activam qua agit; non accipit actionem calefaciendi a Sole, live specialem motionem ad calefaciendum: tantum igitur dicitur ibi, inferior agere in virtute agentis superioris, quia formam illam aliquo modo accipit a superiori: sic agentia naturalia ordinata, habent formas suas ordinate; ita quod elementum recipit formam suam aliquo modo a corpore caelesti; ut a superiori agente. In proposito autem, nec actum primum, nec secundum accipit una causa partialis ab alia; & ideo: neutro modo in proposito dicitur una causa agere in virtute alterius, nec etiam hoc est de ratione causarum ordinarum agentium, quod scilicet una agit in virtute alterius, sed scilicet, quod una principalis agit, quam alia. Ad illud August. 12. *super Genes.* responsum fuit *dist. 3. primi libri.* ibi enim probat August. quod corpus non potest esse totalis causa alicujus actionis in spiritu, quod concedo. Potest tamen esse causa partialis, quia patiens potest excedere in nobilitate causam partialem agentem. Nam illa propositio 12. *super Gen.* ut alias dicitur fuit, dependet ab ista: causa, vel agens praestantior est effectu; & effectus ut actus, praestantior est receptivo actus, ut poten-

tia.

via. Quotum prima non est vera, nisi de virtute agente totalis nec secunda, nisi de perfectione simpliciter; ergo nec ista, quæ inferitur de activo comparato ad passivum erit vera, loquendo de agente partiali; & ita non oportet, quod illud agere sit in virtute partialis agentis.

Ad ultimum, cum arguitur, quod simile cognoscitur per suum simile, in Angelo non concluditur inconveniens; quia Angelus potest habere cognitionem tam abstractivam, quam intuitivam, de singulari secundum rationem propriam. Non enim neganda est perfectio ad illo intellectus, ad quam negandam non habetur ratio manifesta. Perfectionis autem est in intellectu, posse distincte cognoscere singulare, alias non competere intellectui divino. Sed si arguatur de intellectu nostro, quod phantasma in nobis, quod est objecti singularis, gignit speciem intelligibilem: ergo reducit intellectum ad actum, respectu singularis. Dico, quod in illatione est fallacia consequentis. Non enim similitudo concludit omnem similitudinem. Phantasma quidem gignit speciem sibi similem, & representativam objecti, similitudine naturali, sed non similitudine determinationis, vel indeterminationis. Nam ista similitudo potest auferri ratione intellectus agentis concausantis, qui potest tribere effectui maiorem indeterminationem, quam potuit habere a solo phantasma; ita quod similitudo est naturæ representata, sive phantasma sic causa totalis, sive partialis, sed de similitudine determinationis, vel indeterminationis, non est omnino simile, concurrente agente potente tribuere maiorem indeterminationem.

Ad argumenta pro prima opinione recitata, (a) quæ posita fuerunt pro primo articulo: ad primum patet, quod minor est ista, & improbat in quæst. de individuatione *dist. 4. v. secundi q. 2. c. 11*. Ad secundum dico, quod æquivoce de objecto primo, & per se. Nam uno modo dicitur objectum primum, illud quod habet per se rationem movendi potentiam; & per se, illud quod non habet quod moveat, sed tantum cum alio movet: & hoc modo loquitur Philosophus 2. de Anima (b), de sensibili primo, quale est sensibile proprium, & de sensibili per se, quale est sensibile commune. Alio modo dicitur quandoque objectum primum adæquatum, & hoc potentie, vel actui; & contentum sub primo adæquato potentie, dicitur per se objectum; inclusum autem in primo adæquato actui, dicitur per se objectum actus. Licet igitur objectum per se non primo eo modo, quo loquitur de eo Aristoteles 2. de Anima non possit movere, nisi virtute primi objecti, vel cum primo objecto; leuando autem de objecto per se, non adæquato potentie, sed contento sub primo objecto adæquato, illud potest movere potentiam sub propria ratione, etiam inquantum addit aliquid supra primum objectum. Cum autem accipitur, quod universale est primum objectum intellectus Angelici, falsum est de primo objecto, id est adæquato, loquendo de universali, inquantum universale est: quia licet

Ad arg. 2. Henr. b. Tex. 63.

et illud, cui accidit universalitas: ut ens, sic hoc modo primum a objectum tamen ipsum æque salvatur in singulari, sicut in universali; & ita ipsum (a) sub ratione qua universale, non est objectum adæquatum, ita quod universalitas includatur in adæquato. Similiter universale non est primum, illo alio modo quo loquitur Philosophus 2. de Anima, & singulare per se illo modo, sicut sensibile commune respectu sensus; quia eadem rationem motivam includit singulare, quam includit universale; & tamen non procederet argumentum hinc æquivocatione, nisi glossando, vel sumendo maiorem de hoc modo prima.

Ad tertium dico, quod proportionalitas non semper includit similitudinem, sed multoties dissimilitudinem magis, quatuor enim sunt duplum ad duo, & est sibi proportionale, secundum proportionem duplam, & agens est proportionale passivo, quia hoc est actus, & illud potentia, & materia est proportionalis formæ; & tamen in istis omnibus requiritur dissimilitudo magis, quam similitudo. Ita dico in proposito, quod potentiam oportet proportionari objecto, non autem assimilari; quia nec si objectum est indeterminatum, seu infinitum; oportet potentiam esse infinitam, (b) quia intellectus finitus cognoscit finite infinitum, ut infinitum, neque oportet potentiam esse determinatam, id est finitam, si objectum sit determinatum. Nam intellectus infinitus infinite cognoscit finitum, ut finitum. Quando igitur accipitur potentiam esse determinatam, quia objectum est determinatum; si intelligatur, quod oportet eam sic esse determinati objecti, & in hoc proportionari objecto determinato verum est; & tunc cum in minore accipitur, quod intellectus Angeli non potest esse determinatus, hoc est, non habet proportionem ad objectum ita determinatum, falsum est. Et cum queris per quid est sic determinatus, aut ex natura sua, aut per speciem? Dico, quod utroque modo. Nam siue specie potest cognoscere singulare, ut singulare, cognitione intuitiva; & per speciem potest cognoscere singulare, ut singulare, cognitione abstractiva.

Et cum concluditur contra primum membrum, quia tunc esset magis intellectus Angeli determinatus, quam intellectus noster. Et contra secundum, quia tunc esset magis determinabilis, quam sensus noster. Dico, quod determinatio ista, non est intrinseca potentie, nec de se, nec per speciem, sed est ad determinatum objectum, & hoc modo intellectus divinus est ad determinatum singulare, & non est inconveniens intellectum perfectiorem esse determinatum, & determinabilem, respectu objecti, quomodo intellectus imperfectior non est determinatus, vel determinabilis, respectu eiusdem. Sed si concludatur, igitur est limitatio, quasi ista determinatio inferat imperfectionem: Nego consequentiam istam, quia ista determinatio non est limitatio, sed perfectionis. Omnino enim intellectus est

Tom. II.

V

deter-

a De quo 1. d. 3. q. 2. n. 8. b 2. d. 1. q. 1. Et distinct. est in 3. q. prole.

determinatus, ad objectum omnino determinatissime cognoscendum, & si obijcit, quod magis passivus esset intellectus Angelicus, quam hoster, quia a pluribus objectis. Responsum quaere.

Concedo intellectum Angelicum (cum sit magis activus, & operativus) esse etiam magis passivum. Nam ubi intellectus agens est magis activus, in se possibilis est magis receptivus, & passivus: ita de operantibus dicendum est. Vel distinguere de duplici passione, ut secundo, & tertio de Anima habetur (b) Vel posse negari, quod inferitur, quia idem objectum, utriusque est ex natura potentiae. Pari namque a pluribus passione perfectiora, est perfectionis suppletionem tamen imperfectionem; quare in prologo, & tertia, & trigesima quarta primi, & alibi.

Ad quartum dico, quod habitus, vel non potest esse in intellectu Angelico, accipiendo habitum pro illa qualitate consequente actus, quae distinguitur contra primum actum, per quem res est praesens, sub ratione actu intelligibilis, & hoc si ille intellectus de se esset summe habitatus. Vel si ille intellectus est capax, & non esset talis habitus concretus sibi, tunc concedo, quod possit generare in se actum habitum ex actibus, sicut dictum est dist. 3. hujus 2. ad simile argumentum, de generatione habitus in intellectu Angelico. Et cum adducitur Arist. qui vult, quod non sit alius habitus universalium, quam singularium; dico, sicut dictum est in quaest. de individ. quod singularare non habet (a) proprias passiones, quae sint de ipso scilicet, & ideo, nec de ipso est propria scientia, & ita nec habitus aliquis, loquendo de illo habitu, quo scilicet sunt praesentia intellectui, quae apud Philosophum dicuntur proprie scilicet, scilicet continentia passionis demonstratas de eis, ut subiectis. Tamen habitus, qui est facultas considerandi, de re ista ex actibus bene potest esse alius de singulari, quam universalis: Potest enim intellectus distincte cognoscere singularia; hoc considerat frequenter, & non frequenter considerat illam naturam in universali, & in illo haeret qualitas habitans ad actus consimiles considerandi hoc; non autem universaliter inclinans, ad considerandum naturam in universali. (a) Et si ergo sit alius habitus sequens actus singularis, quam universalis, qui scilicet est qualitas habitans ad considerandum, respectu objecti, non tamen est alius habitus scientialis, eo modo quo Philosophus loquitur ibi, de habitus scientialis.

HOC ETIAM &c.

DISTINCTIO X.

Item Distinctionem decimam, ubi quaerit Magister de missione Angelorum, Quaere.

QUAE.

QUAESTIO UNICA.

Utrum omnes Angeli mittantur?

Quod non; Danielis septimo capite. *Milla milium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei*: ergo, &c.

Contra ad Hebr. 1. *omnes sunt ministratores spiritus*.

Respondeo: absolute concedenda est auctoritas Apostoli: sed distinguendum est, de missione intra, & extra: secundum enim communem procedum, & ordinem, revelatur majora Dei mysteria superioribus prius, quam inferioribus, & ita superiores mittuntur ad inferiores, loquendo, & illuminando eos interius; & alii inferiores mittuntur exterius, ad illa revelata nuncianda hominibus, vel exploranda, & ita non omnes communiter mittuntur extra, & sic possunt exponi omnes auctoritates dicendo, quod omnes mittuntur extra, vel intra. Videtur tamen, quod supremi, vel aliqui de supremis mittantur quandoque ad extra. Nam incarnationem nescierunt multi Angeli ante tempus incarnationis, vel passionis Christi: sicut patet per illud 1sa. 63. ubi quaeritur in persona interiorum Angelorum. *Quis est iste, qui veni de Edom tingens*, &c. & per illud Psal. *Quis est ista Rex gloria?* Et respondit (a) *Dominus fortis*, &c. Apparet etiam per Apostolum ad Ephesios tertio, *Ut innoveat principibus, & potestatibus per Ecclesiam, &c.* Ubi glossa Hieronymi Angelicas potestates, vel dignitates praefatum dicit mysterium incarnationis ad plenum nescisse, donec completa esset passio Christi, & Apostolorum predicatio fuisse gentibus dilatata; quod tamen usque tunc non latuit majores, secundum glossam Augustini ibidem dicitur: *confus autem, quod angelum missum, ad beatam Virginem, ad huc nuntiandum. non latuit*; ergo ille, cui hoc patuit, erat de superioribus: & non de infimis, quos latuit illum sacrum mysterium. Per hoc patet ad illud Daniel 7. distinguendum enim est de communiter assistentibus, & de communiter ministrantibus. Auctoritas autem Apostoli concedenda est ad litteram; sed indistincte de missione ad intra, & ad extra.

ILLUD QUOQUE &c.

DISTINCTIO XI.

Item distinctionem undecimam, ubi Magister tractat de custodia hominum ab Angelis, Quaere.

V a

QUAE.

QUÆSTIO UNICA.

Virum Angelus custodiens possit effectivo causare in intellectu hominis custodiri?

Quod sic, quia aliter frustra custodiret, nisi posset ipsum dirigere in actibus humanis, & regere inquantum homo, quoad ea que sunt ipsius, quantum ad intellectum, & voluntatem: nec aliter posset aliquid circa ipsum facere, inquantum rationalis est ex quo nec circa voluntatem, vel intellectum aliquid facit. Præterea, Angelus potest effectivo aliquid causare in intellectu alterius Angeli, sicut dicitur est *distinct. 9.* ergo & in intellectu hominis. Probatio consequentia, quia actuum, quod potest aliquid causare in passivo excellentiori, potest etiam aliquid causare in passivo minus excellenti. Tum quia omne agens habens actum primum potest causare actum secundum in quocumque receptivo: per hoc enim probatum est propositum *dist. 9.* Angelus autem actu cognoscens est habens actum primum, & intellectus noster est in potentia ad actum secundum: ergo, &c. Præterea, sensibile potest immediate aliquid agere in intellectum nostrum, sicut patet de phantasmate: ergo & multo magis illud, quod est actu intelligibile, quale est illud, quod est in intellectu Angeli. Contra, glossa Augusti super illud Matth. *Angeli eorum*, &c. dicit. *Homines non sunt continentendi, quia ad illarum custodiam mittuntur Angeli (a).*

Hæc est opinio Avicennæ (6. Naturalium parte 5. cap. 6. Quære ibi) quod superior intelligentia est causa inferioris (b), quantum ad esse, & quantum ad cognitionem, & sic descendendo a supræma intelligentia, tandem intelligentia quedam separata superior anima intellectiva, causat in ipsa notitiam actualem, & suam speciem, & intelligit per conversionem intellectualem actualem ad illam intelligentiam. Vult ergo dicere, quod species rerum sunt ab intelligentia separata superiore, ad notitiam naturalem hominum habendam. Itaque secundum eum, naturale est intellectui nostro converti ad intelligentiam separatam, ad hoc, quod intelligat. Quod sit verum, sic patet, *dist. 3. primi libri qu. 4. (c).*

Contra opinionem Avic. arguitur, quod tunc frustra anima uniter corpori, quia propter nullam perfectionem ipsius anima unita: non enim propter perfectionem ipsius in se, quia forma non est propter materiam, sed e converso 2. *Physic.* nec propter perfectionem ipsius in operando, quia non unita posset habere speciem ab intelligentia sicut unita.

Ita ratio videtur peccare (d), quia videtur concludere, quod frustra uniter anima beata corpori, quia non propter perfectionem aliquam

a Cap. 18. al. Psal. 90. Angelis suis. b 1. *dist.* 2. § in re per. c D. Tho. 1. par. qu. 79. ar. 6. c Text. 13. d D. Tho. in 4. *dist.* 50. qu. 10. vide eum 1. p. qu. 89. ar. 1.

necessariam ad suam operationem, quia operationem habet, in qua nihil recipit a corpore. Præterea secundum aliquos, anima intelligit inquantum est supra corpus: ergo non convenit sibi intelligere, inquantum uniter corpori: ergo nec uniter per se propter aliquam perfectionem, que sit quasi necessaria propter operationem eius, ut propter intelligere. Aliter improbatur dicta positio, primo, quia omnis nostra cognitio oritur a sensu 1. § 2. *Posteriorum*, primo *Metaph. in præm.* & *secunda Physicorum Text. 6. (a)* cæcus enim natus non potest habere perfectam notitiam de coloribus. Hæc autem omnia essent falsa, si species illæ intelligibiles imprimerentur in anima ab ipsa intelligentia. Præterea, si nulla maneret notitia habitualis, non manente actu intelligendi, sequeretur, quod semper esset intellectus æque in potentia essentiali ad intelligendum. Licet enim ex actibus generaretur aliqua habitus ad faciliter convertendum intellectum ad intelligendum, quia tamen nunquam haberetur forma, qua posset intelligere, que est actus primus faciens ipsum esse in potentia accidentalibus sed semper de novo oporteret recipere talem formam, per quam posset operari semper in intellectu non intelligente: esset potentia essentialis ad actum intelligendi, quia potentia ad formam illam, que esset principium intelligentiæ. Licet enim intellectus habens illum habitum acquiritur sequentem actum, posset facilius acquirere illam formam, quam alius non habens eum, unde licet unum passivum sit magis dispositum ad parandum, quam aliud, utrumque tamen est in potentia essentiali, antequam formam recipiat: sicut si siccum quando non calefieret esset non calidum, & unum esset siccum, & aliud humidum, quamvis siccum esset facilius receptivum caloris humidum autem difficilius: utrumque tamen quando non calefieret, esset in potentia essentiali ad calefaciendum: ita hæc.

Ad quæstionem ergo respondeo primo, quid non possit Angelus effectivo causare in intellectu hominis custodiri. Secundo, quid possit. De primo dico, quod nullum intellectionem actualem, nec speciem intelligibilem, potest Angelus causare in intellectu nostro, ut causalis causa. Ratio autem non est ex aliqua impotentia ex parte Angeli, quia sufficienter est in actu primo, & potest causare in alio Angelo actum secundum. Sed ratio est ex intellectu nostro, qui pro statu isto, est passivum determinatum, ad determinatum actuum, ut ad phantasmata, & intellectum agentem: & ideo impeditur, ne possit recipere immediate immutationem ab aliquo actu intelligibili sine phantasmate: quia phantasmata se habent pro statu isto ad intellectum nostrum (b), sicut sensibilia ad sensum; quoad hoc, scilicet ut sicut sensus non immutatur primo, nisi a sensibili extra: sic nec intellectus noster prima immutatione immutatur, nisi a phantasmate. Unde autem hoc sit, tacitum est *distinct. 3. primi*, scilicet ex ordine potentiarum, qui ordo non est mere ex natura hominis, unde homo: quia tunc non esset alius ordo in beatitudine. Vel igitur ex culpa, vel ex isto statu

propter aliquid pertinens ad culpam, cuius causa queratur. Ex hoc sequitur quoddam consolarium, scilicet quod Angelus non potest aliquem intellectum capere ad intellectualem visionem, & quod omnis capere factus virtute diaboli, est praeipue ad aliquid intendere imaginandum, quia intensa imaginatio facit animum ita distractum, ab omni alia cognitione cuiusquamque actualis intellectiōnis, quod videtur ipsum intellectuale iter videre, & concomitatur forte illam intentionem imaginationem alicuius rei, intellectio illius imaginabilis, sed nulla est ibi intellectio alicuius rei intelligibilis, non imaginabilis, ita etiam omnis capere, ad quem potest homo seipsum disponere in hac vita, per consuetudinem: non est ad aliquam visionem mere intellectualem, sed solum imaginariam, & intellectualem concomitantem illam imaginariam: licet forte talis queratio in homine ab omnibus extrinsecis, per ealem visionem quandoque disponat, ut Deus antiquum sic tranquillum rapiat ad visionem intellectualem.

De secundo, scilicet quid possit Angelus facere in intellectu, propter dicta Sanctorum, praecipue Dionysii. *4. Caelst. Hierarch.* dicens revelationes fieri hominibus per Angelos: manifestum est, quod Angelus potest docere hominem, sicut homo facit: sed perfectius, quia homo docet proponendo quaedam signa, nota audienti, quibus propositis, audiens circa illa sola, quam plurimum occupatus est, & ita in se unicus: qualis unio non est in adinvicente scientiam, quia inveniens scientiam circa multa distrahitur. Similiter ex illis signis ordinate componit ad invicem conceptus simpliciter, sicut componit loquens, & docens: & conceptus complexus ordinate conjungens sicut sunt signa ordinate conjunctionis, apud loquentem: & ex talibus signis percipit veritatem complexorum ex terminis, & habitudinem complexi ad complexum, a quo habet veritatem suam, & ita addit. Quam veritatem, vel complexionem per se non habet, nec disceret sine omni docente, licet haberet species omnium incomplexorum: Non enim habens multorum incomplexorum conceptus, novit qualiter componat ea, & quae complexa infirmitate incomplexa, qualitercumque ordinata. Si enim hoc facere possit, cito ex terminis conciperet veritates multarum complexionum, & ex quibusdam complexionibus veritatem aliarum complexionum: & sic addidit ingeniosus per se adinveniendum, sed tardioribus oportet proponi ab alio aliqua signa nota, ut addidit per doctrinam, & hoc modo certum est Angelum posse docere, sive utendo signis ad placitum institutis, & hoc in corpore assumpto: vel modo alio, formando talia signa: vel utendo signis naturalibus: scilicet ipsis rebus adhibendo eas praesentes sensibus, a quibus sensus ordinate mutantur, & ex eis phantasmata ordinata generantur, & sic ulterius ex eis species intelligibiles ordinate abstrahuntur. Dubium autem esset, utrum citius possit Angelus uti signis naturalibus, quam ipse, vel homo, possit uti signis ad placitum institutis. Mirum enim videretur, si citius possit immutare vitium multis sensibilibus, vel visibilibus, a quibus abstrahuntur species necessariae ad vitam magnam argumentationem hominis, quam possit ipse,

vel

vel homo, uti signis illis ad placitum institutis, representantibus illa objecta.

Sed de aliis affirmativis, quod scilicet possit Angelus circa virtutem phantasticam hominis agere, vel causare: Utrum possit novum phantasma causare effective, vel offerendo novum imaginabile, vel transportare, sive transponere phantasmata iam habita: dubium est. Conceditur tamen communiter, quod phantasma novum non possit causare, sine causa naturali, puta objecto nato causate tale phantasma. De translatione phantasmatis, etiam de uno organo ad organum alterius, dubium esse videtur, utrum spiritum, vel humorem informatum phantasmate in organo Sortis possit transiere ad organum Platonis, manente eodem phantasmate. Non enim potest aliter phantasma transiere, nisi transierat subiectum. Et tunc diceretur, quod translato humore ab organo Sortis, non remaneret in eo phantasma, quia non esset in eadem proportione ad suam causam, a qua gignebatur. Sed ista ratio non concludit: quia sensus particularis respectu phantasmatis, est tantum causa in fieri, & non in facto esse. Si etiam talis translatio fuerit a Sorte informato phantasmate manente: negaretur ille ad cuius organum fieret translatio, posse uti tali phantasmate, quia nullius phantasma nata est uti phantasmate, nisi genito a sensibili praesenti suo sensui. Sed nec ista ratio rogit, quia si Deus impingeret caeco nato phantasma de colore, posset uti tali phantasmate, quod enim non esset necessaria causa formae, quantum ad actum ejus secundum. Ad neutrum istorum duorum, videtur esse ratio necessaria pro una parte, vel pro alia.

Tertio modo, de translatione phantasmatum in eodem, dicitur, quod potest facere motum localem humorum, & spirituum, ad quem motum sequitur transpositio phantasmatum, & ordinata immutatio intellectus possibilis ab eis. Sed hoc videtur difficile ad intelligendum. Non enim quodlibet phantasma habet spiritum, vel humorem per se subiecto, quia tot possent simul phantasmata esse in virtute phantastica, quos eis non possent assignari propria subiecta: nec etiam motus aliquis localis spiritus, vel humorum videtur facere aliquid phantasma movere magis, quam prius, nisi aliquid faciat circa illud phantasma per alterationem. Hoc tandem quarto conceditur, quod possit circa virtutem phantasticam amovere impedimentum, puta si impedimentum ordinate immutationis a phantasmatis, erat perturbatio spirituum, vel humorum. Angelus potest illam sedare, qua sedata, occurrunt ordinate. Posset etiam dici, quod praeter illam viam, qua potest docere per signa sensibilia excellentius, quam homo: & praeter quamcumque viam, circa virtutem phantasticam, ubi non est aliqua via multum certa, nisi ultima de amotione impedimenti: aliquid posset operari circa intellectum possibilem: non immediate causando speciem intelligibilem, ut toralis causa: sed ut causa partialis, per intellectum suum apertem coagens intellectu agentis hominis: ita quod illi duo intellectus agentes Angeli, & hominis, qui sunt ejusdem ratio-

V 4.

tio-

tionis, possent cum phantasmate efficacius operari, quam solus intellectus agens hominis, & ita producere speciem intelligibilem perfectionem, & distinctius representarent quidditatem.

Ad argumenta. Ad primum dico, quod non frustra custodit hominem, quia potest circa intellectum eius, docendo per signa sensibilia, efficacius aliquid facere, quam homo, & tunc aliquid operando circa phantasmam, & forte circa intellectum possibilem, secundum ultimum modum. Dato etiam, quod nullum istorum possit esse, adhuc non frustra esset custodia eorum, quia custodunt nos a malis impugnationibus demonum, secundum quod dicit Hieronymus in homilia super illud Matth. 18. *Angeli eorum semper vident &c. neque etiam turba possit esse vira mortalium*, quare eum ibi.

Ad secundum, consequentia non valet, quia istud passum inferius, non est capax pro statu isto ab illo agente: & hoc, quia passum est impeditum pro statu isto, ut aliquid tale recipiat, unde ista impotentia non est ex defectu potentie activae Angeli, vel ex impotentia virtutis passivae intellectus nostri, absolute in recipiendo; sed ex impedimento, pro statu isto. Per hoc patet ad utramque probationem consequentiam. Activum enim potest agere in passivum, quando non est impediendum a receptione formae, ad quam agit tale agens, sed dum est impeditum, non potest agere potentia propinqua, licet possit agere potentia remota. Et si dicas, tunc non possit Deus pro statu isto, immediate agere in intellectum nostrum tunc phantasmate. Dico, quod consequentia non valet, quia illud impediendum pro statu isto, scilicet ordo inter potentias interiorer, subest causalitati Dei, non autem causalitati alicuius creaturae, & ideo culibet creaturae, quae praesupponit istum ordinem, est impediendum: non autem Deo, vel ad Deum, qui est super istum ordinem. Ad ultimum patet, quod sensibilia possunt immutare intellectum pro statu isto: non autem mente intelligibilibus. Non quia illa non sunt activa; nec quia intellectus noster non est passivus, respectu eorum absolute, sed quia pro statu isto impediuntur ne patiantur: vel recipiant a talibus immediate. Amoto autem tali impedimento, tunc recipit, sicut est in beatitudine: tunc loquitur Angelus homini beato, & homo beatus alii homini beato, sicut dictum est prius Angelum loqui intellectui aliter Angelo, quia tunc secundum promissum Salvatoris, in Matthaeo, (a) *Erunt sicut Angeli Dei: cui laus & gloria, &c.* Et ex hoc patet quare Doctor non potest causare scientiam in discipulo. Non propter defectum virtutis activae in scientia docentis, sed propter capacitatem intellectus discipuli pro statu isto, pro quo habet impedimentum, ne sic immutetur, quia pro statu isto determinatur ad phantasmata, sicut ad ipsum invariantia, sicut dictum est.

HEC

p. Mat. 22. & Mat. 12.

HÆC DE ANGELICÆ NATURÆ CONDITIONE, &c.

DISTINCT. DUODECIMA.

Circa Distinctionem duodecimam, in qua Magister agit de creatura pure corporali, quaeruntur duo de principio materiali. Primo

QUÆSTIO PRIMA.

Virum in substantia generabili, & corruptibili sit aliquis entium positio, & realis distinctio a forma?

Arguitur, quod non. Philosophus 7. Metaphysicæ. (a) *Materia non est quid, nec quale, & sic de aliis Predicamentis: ergo non continetur sub aliquo istorum, quibus ens dividitur, & distinguitur: ergo non distinguitur a forma: forma enim substantialis est substantia. Sed dices, quod non est ens actu, sed tantum est ens in potentia. (b) Contra, materia non est materia in potentia, quia materia non est in materia: nec est forma, ut dictum est: nec compositum, & sic de aliis: ergo nihil.*

(c) *Confirmatur, si materia est ens in potentia, aut est in potentia materia, aut in potentia forma, aut in potentia compositum, non est in potentia forma, nec compositum, quia utroque posito in esse, non esset materia: similiter posito in esse, quod esset alterum istorum, nullum sequeretur impossibile, quia possibile posito in esse, &c. Eodem modo materia, non est in potentia materia, quia tunc materia non esset materia, & ens per se non dicitur pluribus modis, patet secundo de anima: igitur materia non est ens in potentia, &c.*

Præterea, s. Phyl. (d) *Quod movetur est, sed quod generatur non est* (per hoc volens probare differentiam generationis a motu) igitur oportet, quod intelligatur ibi eodem modo esse, in secundo negative, & in primo affirmative, sed esse, quod affirmatur de eo, quod movetur, est esse in potentia, quia motus est actus entis in potentia secundum quod habet modum, (e) 3. Phyl. hoc tunc: ergo esse, quod negatur de eo, quod generatur, est esse in potentia: igitur materia, quae est subiectum generationis, non est ens in potentia, quia argumentum non procedit de termino generationis, sed de subiecto; quia de termino motus non est verum dicere, quod sit, sicut nec generationis, dum est in generari. Cum igitur materia non sit ens in actu, nec ens in potentia: ergo est nihil. Præterea, 1. Phyl. (f) *materia non est scibilis, nisi in analogia ad formam. Sed si esset*

a Text. com. 3. b Ricard. ubi Inf. c Addit.
d Text. 2. Text. 8. e Text. 6. f Text. 69.